



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXVI. Si quis aliquid seruo suo aut gasindo concedere voluerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XXXVI. *SI ALIQUIS SERVO  
suo gasindo suo aliquid concedere  
voluerit,*

**I**ustissimè nostris subleuatur mu-  
neribus, qui nobis fideliter & in-  
stanti famulantur officio. Ego in  
Dei nomine, nomine illo, fideli no-  
stro illi. pro respectu fidei & seruitu-  
tis quam circa nos impendere non  
desistis, promptissima voluntate ce-  
dimus tibi à die præsentelocellum  
nuncupantem illum, aut mansum  
illum infra terminum villæ nostræ  
illius cum omni adiacentia ad ip-  
sum locellum, aut mansellum aspi-  
cientem, terris, domibus, mācipiis,  
vineis, pratellis, syluula, vel reliquis  
beneficiis, ibidem aspicientibus. Ita  
vt ab hac die ipso iure proprietario,  
si ita conuenit, aut reditus terræ in  
tuam reuoces potestatem, & nul-  
lam functionem, aut reditus terræ,

vel pascuarium, aut agrarium, aut quodcumque dici potest, exinde soluere nec tu, nec tua posteritas, nobis, nec heredibus nostris, nec cuiicumque post nos ipsam villam possederit, non debeatis, nisi tantum si ita vult riga. Sed ipsum omnibus diebus vitæ tuæ, aut heredis tui emuniter debeatis possidere, vel quicquid exinde facere volueris liberam habeatis potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, aliquis de heredibus nostris, vel quicumque contra hanc cessionem nostram agere, aut ipsam rem tibi auferre conauerit, inferat tibi cum cogente fisco auri tan. & hæc epistola firma permaneat, stipulatione subnixa.

L. iij